



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 110. De traditione comitis Esici iunioris bonorum quorundam inter flumina Wisera et Vulda, quae olim dederat Carolus M. duci Ostfalorum Hessi in villa Hauukesbruni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

buit in *amplitbi* (E) et in *benneſtorpe* (F) et in *uffenleua* (f) testes sunt  
scilicet eisulf uilmer halegdag heio.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 109.

Tradidit leudmar in pago heſſi (G) in villa nuncupante *menni* (H)  
quidquid habuit in campis et filiis testes hemmic addic aldger ouo richard  
et alii sex.

## §. 110.

Tradidit efic comes (I) inter flumen uisera (K) et *uul-*  
*da*

(E) De villa *Amplitbi* in pago Guddingo sita, nunc dicta Empelde, vide supra §. 7. De villa  
not. (n)

Ampli-  
thi.

(F) et (f) In Registro nostro MScto saepius laudato inueniuntur *Benneſtorpe* in pago De villa  
Northuringi, *Bentorpe*, in pago Huetigo, et *Berneſtorpe* in pago Itergo-  
we. Inter haſce villas *Berneſtorpe* in pago Itergowe fine villo dubio est Bern-  
thorpe. In principatu Waldecenti intra præfecturam Eisenberg. *Bentorpe* vero  
villa pagi Huetigo est Bentorff ad riuum *Fischebeke*, qui influit flumen Em-  
brinam, vulgo dictam die *Emmer*, olim haud procul a vicis Sandbeck et Him-  
mighusen, in episcopatu Paderbornensi locus iam desolatus. *Benneſtorpe* autem  
in pago Northuringi, que hic intelligitur, in dubium vocari potest. Cum enim  
intra Principatum Wolferbuttelanum haud procul ab Alera fluui, et in terminis Brandenburgicis sit vicus *Bardorf*, sedes præfecturae, deinde eadem in regio-  
ne, licet trans Aleram in principatu Halberstadensis præfectura Weferling vi-  
cus *Benſtorf* reperiatur, postea *Beindorf* inter Helmstadium ac Scheningen oppi-  
da, seu ut accuratius loquamus, inter Esbeck et Rundstedt vicos in ducatu Brun-  
suicensi extet, deinde *Behndorf* haud procul ab oppido Helmstadio inter Harpke  
et Walbeck in ducatu Magdeburgico inueniatur, postea *Beindorf* vicus non pro-  
cul ab urbe Magdeburgo iaceat, ac denique villa quedam fuerit *Berendorf* dicta,  
aque dudum desolata, citra Aleram haud procul a Wolfsburg et saltu Drömling  
inter Vorsfelde et Dandorf; capropter queritur, quænam ex his ad here-  
ditatem ducis Ostfalorum Hessi spectarit? Respondemus, nobis videri designata  
*Behndorf* inter Harpke et Walbeck. Probe autem hanc villam distingue-  
dam esse censemus, primum quidem a vico *Barnſtorf*, loco Principatus Wolfer-  
buttelani, vix iter dimidia hora sita ab oppido Scheppenstedt et haud procul a  
palatio regio Werla, qui in diplomatis appellatur *Bernberdſtorpe*, ac ponitur  
in pago Derlingo; quamuis et negare nequeamus, intelligi posse vicum *Brenſtorp*,  
qui in Alberti I. Halberstadensis episcopi libro feudali MScto circa annum 1311  
reperitur, in quo et inuenitur vicus *Bennendorf*; deinde vero a *Bennedorf*  
in pago Mofidi, de qua post haec agemus fusius; et denique a *Bernſtorpe* in moni-  
tibus Harzicis, quæ desolata est, atque olim ad iura comitum Reinsteinensium  
spectauit. Cum vero villa *Benneſtorpe* olim extiterit in pago Northuringi, in  
quo et villa *Uffenleua* erat, vt iam supra didicimus, hisce confirmantur ea, quæ  
iam supra de domicilio ducis Ostfalorum Hessi, eiusque castro Alteburgo, adulili-  
mus §. 104. not. (v)

(G) De pago *Heſſi* tam Franconico, quam Saxonico, iam supra exposuimus §. 33. not. (v)

(H) *Menni* villa hodie dicitur *Menne*, conspicua in dynastia Warburg inter Warborg De villa  
et Peckelsen, oppida episcopatus Paderbornensis. Designatur ergo sine villo *Menni*.  
dubio pagus Hessi Saxonius, consonante Registri Corbeiensis fide.

(I) Cae confundas hunc *Eſcone* comitem cum *Eſcone* filio *Hiddi*, cuius iam sapissi. De comi-  
me mentionem inieciimus. Hunc ex Vita S. Liutbirgis intelleximus deceſſisse te Eſco-  
e vita in monasterio Fuldenſi, et quidem ante annum 824. Hic itaque *Eſco* ae.  
comes esse non potest, de quo hic fit mentio, quippe qui tempore abbatis Cor-  
beiensis Warini haec tradidit circa annum 840. Habemus autem duo autogra-  
pha

Ab anno da (L) in villa nuncupante *hauukesbruni* (M) quidquid ibi habuit et in  
826isque  
SS3 im-  
perante  
Hudo-  
nuico et

pha diplomata imperatoris Hlotharii, quorum vnum in omnibus suis partibus illasum perstat: Alterum autem tempore belli tricenarii in manus illatas vel potius imperitas eiusdem muliercula incidit, que in fine *datum* et *aclam* abscedit, ut scilicet membranam dissecam ad formas operarum manuariarum (zum Muster zum Spitz-machen) adhiberet. Qui casus cum interdum inter triflia diplomatum et codicum membranaceorum fata si numerandus, non parum tamen de eo videtur gaudendum, quod ipse contextus diplomatis et subscriptio notarii illas perduravit. In priori diplomate Cæsar XIII. kal. april. anno, Xp̄ proprio, imperii domini Hlotharii p̄i imperatoris in Italia XXIII et in Francia III inductione VI Aquisgrani palatio regio, *Esfchoni comiti in pago Ribea tense in comitatu Bunnensi in villa Caſtenica manso oculo ad proprium tribuit et de ture suo in ius ac dominationem ipsius perhenites manuforam transfundit.* In altero vero idem imperator id confirmat, quod *Esfic comes res sibi in pago Ribourienſi in comitatu Bonnenſi in villa Cheſtinacha a sua munificientia adtributas ad monasterium in Saxonia ſitum Corbeia vocabulo delegauerat.* Hunc *Eſchonem comitem* eundem fuisse atque illum, qui hoc loco reperitur, arbitramur. Hunc autem *Eſchonem* cognatione fuisse coniunctum cum illo seniore *Aſg*, qui et *Adalricus* vocabatur, patefecit ex donis, que hoc loco traduntur. Iam supra ex protographe diplomate Caroli Magni didicimus, dedisse eundem caſarem cuidam fideli ſuo *Aſg* locum, qui *Hauucabrunno* dicitur, inter *Wifera* et *Fulda*, eo quod, na- rale ſolum ſuum, Saxoniam, relinquere, et fidem ſuam *Aſg* feruare maluifet. Cum igitur hic senior *Aſg* seu *Hæſi* iam anno 775 se Carolo Magno cum omnibus Oſthalis, ad Obacrum (die Ocker) fluuium incolentibus ſubmiferit, teſtante *Eginhardo in Annal. R. F. p. 49.* his verbiis: *Rex anne (Wilera) tracieſo cum parte exercitus ad Obacrum fluuium contendit, ubi ei Hæſo unus ex primoribus Saxorum, cum omnibus Oſthalis occurrens et obſides, quos rex imperauerat, dedit, et sacramen- tum fidelitatis iurauit;* immo, teſtante *Necrologio Fuldenſi T. III. S. R. B. Leibn. f. 763.* idem *Eſic comes* iam anno 823 vitam cum morte commutauerit: nemo tam stuſtus erit, vt afferat, *Eſconem comitem*, qui hoc loco quadam tradit, eſſe eundem ac ſeniorem illum. Iam porro hunc iuniorem pro filio ſenioris illius habere vellemus, niſi *Vita S. Liuiburgis* obſtareret, qua refert, ſeniorum *Eſconem* ſine maſcula prole eſſe extinctum. Cum vero iunior *Eſic* eadem donat Abbatia Corbeiensi, quæ Carolus M. in villa Hauucabrunno olim ſeniori *Eſconem*, teſtante eius autographo diplomate, traſdiderat, fine vlo dubio iunior *Eſic* ex forore vel fororis filio nepos fuit ſenioris. Cuius vero filius fuerit hic iunior *Eſic*, an *Unwani* et *Gisèle*, an alijs filiæ *Eſconis* ſenioris, de eo infra §. 216. pluribus agemus. Fit autem ex his planum, qua ratione præſtanissimum illud diploma Caroli Magni in archivum Corbeiense peruenierit. Scilicet veriſimiliſum eſt, eo tempore, quo *Eſic comes* tradidit, quidquid iure hereditatis habebar in Hauukesbruni, eundem ſimul traſdiſſe *Warino* abbatii illud egregium diploma Ca- roli Magni.

De fluvio  
Wifera. (K) Ex hoc loco patet, flumen, quod hodie dicitur *die Werre*, olim quoque dictum fuſſe *die Weſer*. *Wifera* vero eſt melior vocula quam Latinorum *Vifurgis*. Nam *Weſer*, *Wefel*, eſt res lineæ longæ.

(L) Hodie appellatur *Fulda*, fluuius notissimus.

De villa  
Hauuke-  
bruni. (M) Villa *Hauukesbruni*, ſeu, vti a Carolo M. appellatur, *Hauucabrunno*, quia inter *Wifera* et *Fulda* flumina exſtitit, necſum eſt, in Landgraviatu *Hæſia* vi- ſenda ſit. Bertholdus comes de Cygenhagen monaſterio cisterciensis ordinis in Hegene bona quædam, a Gerhardo de Duuendal collata, conſirmauit. Acta hæc res eft in ecclieſia *Haukeburne* anno 1254 VII. idus Maii, teſtante diplomate in *Kuchenbeckeri dialect. Hæſiacis collect. II. p. 159. seqq.* Eam eſſe noſtram *Hauukesbruni* villam, res ipſa loquitur. Illam hodie nominari *Hæbborn*, et quondam habuiffe eſcenobium monialium præmonſtratenſis ordinis, ab Hartrado de Merenberc fundatum, didicimus ex iſdem *Annal. Hæſi. coll. II. p. 294.* Sermonem autem hic eſſe de *Eſcone comite*, qui infra §. 133. anno 844 donat abbatia Corbeiensi oculo mansos in villa Caſtenica, exſtimamus eo, quod *Gherlo* in

eodem loco tradit gherlo mansum unum testes bodo folcuer ualdric al-  
fric boso et alii XXXII.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam W2-  
rino.

## §. III.

Tradiderunt in *uffenleua* (N) et ipsi sunt testes folcger reynman of-  
fried-

in loco *Hauukesbruni* mansum tradidit, qui *Gberlo* probabilissime est idem, qui  
§. 133. homo appellatur *comitis Eficonis*. Ex qua appellatione simul discimus,  
comites maiores iam tempore Carolingidarum habuisse ministeriales ac lito-  
nes suos.

- (N) Plures denuo heredes ducis Ostfalorum Hessi prodeunt, qui nondum consenserunt in tradendam monasterio Corbeiensi villam *Uffenleuam*, sitam in pago North-dibus du-thuringi. Inter eos primo loco ponitur *Folcger*, et quidam *Reynmannus*. De his Ostfa-  
*Folcero* egimus nonnihil supra §. 104. not. (††); *Reynmannus* vero videtur lorum  
Raynmannus comes, qui inter testes obuius erat, cum Waladaricus quidam Hes-  
(§. 213) in villa Bodriki in marca Sturmethi intra pagum Westfalon quædam  
largiretur. Hac villa est Budericus, vicus prefectura Werl, olim in comitatu  
Arensbergensi. An ex eo efficiatur, *comitem Reynmannum* tunc temporis fuisse  
comitem in marca Sturmethi, satorneque Arensbergium comitum, id in me-  
dio relinquimus. Sequuntur *Osfriedhard*, *Hugold*, *Wulfsing* et *Halacbold*, qui  
vniuersi latenti in obscurio, et si *Wulfsing* inter testes §. 229. conspicitur. *Thanc-  
mer*, qui hos sequitur, videretur *Thancmer*, qui §. 89. inter testes reperitur, cum  
quædam donarentur in vico Meininghusen, loco principatus Waldeccensis.  
Quodsi ergo *Thancmeri* inueniuntur in familia Widekindea, vti supra §. 104. not.  
(††) vidimus; *Thancmerum* istum pro nepote Widekindi Magni habuimus. *Theod-  
wardus*, qui *Thancmerum* excipit, inter testes (§. 3.) apparuit supra, vbi Buto  
comes sita in pago Huuetigo quædam tradidit. Alius porro *Thiadwert* §. 252.  
inter testes obuius est. Sed ex eo tantundem elicere possumus, quantum nobis  
cognitum est de *Bernoldo*, qui §. 240 et 255. inter testes conspicitur. *Folcwar-  
tus* autem ex coniectura probabilissima ad stemma Brunonianum spectauit, prout  
eundem illum supra §. 104. not. (n) ad eandem familiam rerulimus. *Af*, qui  
undecimus est, appellatur §. 173. *frater Marcoldi*, quippe qui pro se donant in  
pagi *Suiliberti* villa *Amaleshus*, quæ villa *Amelsen* est, vno milliari ab *Einbeka*,  
atque vno milliari a *Dassila*, oppidis, distans, quidquid possidere videbatur.  
Atque eam ob causam illos referre volumus inter progenitores comitum Nort-  
heimensium et Dasselensium, de quibus egimus §. 104. not. (1). Potuerunt  
hi duo filii esse vel *Hildiboldi* vel *Wirici* vel *Meinboldi*. Et cum in eodem §.  
173. *Odbert* inter testes reperiatur, qui in hoc §. 111. inter coheredes ducis  
Hessi decimus quartus est, ille etiam fortassis ad eandem familiam Dasselensem  
est referendus. Illud sane certum est, progenitores Northeimensium comitum  
in eadem villa *Amaleshus* dominatos fuisse, vti l. c. demonstrauimus. *Wiebert*  
probabilissime ad stemma Widekineum spectauit, quemadmodum etiam hunc  
*Wiebertum* nos supra §. 104. not. (††) eidem stemmati annumerauimus. *Eir-  
wardum* quendam iam supra §. 104. inter heredes ducis Hessi inuenimus. Et  
fortassis ille pater, hic vero filius, fuit, *Bernberi* vero et *Haddi*, ad stemma Brun-  
onianum pertinentes, vide excitato §. 104. not. (n) vbi præterea reperiuntur  
*Had*, *Sini*, *Bruno*, *Eiibert* atque *Ecbert*. Adhuc ergo reliqui sunt tantum *Ewurdag*,  
*Hemic*, *Hathubert* et *Hrothwere*. *Ewurdag* si idem est, qui *Ewirdag* no-  
minatur, testis fuit, cum §. 27. quædam traderentur in pago Leri sita, ipse que-  
dam tradit §. 84. in pago *Wikanaelde* posita, inter testes vero ipse appetet,  
cum in vico Meininghusen intra principatus Waldeccensis terras, testis §. 89,  
quædam traderentur. An semper vna eademque persona designetur, affirmare  
non possumus. Nec dum videmus, ad quam familiam *Hemicum* referre pos-  
sumus. Quamvis enim illa prelio fuerit, cum quædam traderentur §. 105. in  
pago *Tilithi*, §. 109. in pago Hessi, §. 125. in pago *Mosweddi*, §. 142. in pago  
*Nethiga*, §. 155. in pago *Nistharisi*, et §. 256. in pago *Huuetigo*, nihil certi-  
tamen ex eo colligi potest. Illud probabile videri possit, quia in his §§.  
quædam donantur a dominis, partim ad Widekindeam partim ad Brunonianam